HIERONYMUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. BEDA VENERABILIS
Göttweig, 2. Viertel 12. Jh. Seite 92r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



id ipsum in euangelio cōprobante. Ego ueni in no
mine patris mei. & non me recepistis. alius ueniet
in nomine suo & recepistis eum. Nec non quod iungitur
Osanna idem salus in excelsis. Respicue ostenditur
quod aduentus xpi. non tantum hominum salus. sed totius
mundi sit terrena iungens cum celestibus. ut omne
genu ei flectatur. celestium & terrestrium & infer

Enorum. I.

Et cum intrasset Hierosolimam
cōmota est uniuersa ciuitas. dicens. Quis
est hic. Introeunte ihu cōturbata tota hierosoli
mor. ciuitas cōmouetur. mirans frequentiam nesci
ens ueritatem. & dicens. Quis est hic. Quod quidem & in alio
loco dicentes angelos legimus. Quis est iste rex glorie.
Alius autem ambiguentibus. uel interrogantibus. uilis ple
bicula confitetur. a minoribus incipiens. ut ad maio
ra perueniat. Et dicit. Hic est ihc propheta. anaharet
galilee. Propheta. quem & moyses similem sui dixe
rat esse uenturum. qui proprie apud grecos cum artyro
scribitur. Anaharet autem galilee qui ibi educatus
fuerat. ut flos campi nutriretur. in flore uirtu
tum. Et intrauit ihc in templum dei & eiciebat omnes
uendentes & ementes in templo & mensas nummularior.
& cathedras columbas uendentium subuertit. Et dicit
eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis uocabitur.
Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Comitatus
ihc turbam credentium que uestimenta sua ut in leso
pede pullis incederet strauerat. Ingreditur in